



## **Polyanthea Sacra**

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

**Spanner, Andreas**

**Augustae Vindelicorum, 1702**

§. 5. Quæ virtutes maximè orment fœminas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)



nisi quis renatus fuerit &c. Jo. 3. illa eam petit, hic autem non? S. Chrysost. hom. 21. Cre- didit continuo mulier longè Nicodemò sapien- tior; nec sapienior solum, sed & fortior. Ille hujusmodi pluribus auditis neminem advocavit, neque sibi confidit: hæc Apostolicò officio fun- cta est; omnibus audita annuntians; & populum extra civitatem ad Christum advocans, ac trahens universum. Sylveira hic q. 24.

### Ex Patribus.

S. Hieron. ep. 140. laudatos putat priscò tex- tu mores fœminarum nobilissimarum, ut pun- gantur viri suâ molles ignaviâ. Mulieres erant, sed vitâ nobiles, Sara Gen. 17. Debora Judic. 4. Holda 4. Reg. 22. Susanna Dan. 13. Judith c. 8. Et has mulieres inducit Hieronymus, ut Princi- piam moneat de virtutum cura; pungat viros de morum ignaviâ. Hæc, inquit, & ejusmodi per- strinxit breviter: ut nec te poeniteat sexus tui; nec viros nomen suum erigat, in quorum condem- nationem fœminarum vita laudatur.

Utinam præconia fœminarum imitarentur viri & rugosa senectus redderet, quod sponte of- fert adolefcentia. Sancti. Hieron. ep. 10. ad Fu- riam.

Imitare conjugem tuam, quam docere de- bueras. Proh, pudor! fragilior sexus vincit sæ- culum, & robustior superatur à sæculo. Tanti dux fœmina facti est, & non sequeris eam; in cuius salute candidatus es fidei. S. Hieron. ep. 46. ad Rusticum, quem hortatur, ut sancta loca invi- fat conjugis exemplò.

§. V.

*Quæ virtutes maximè ornent fœminas.*

Num. I.

*Solitudo.*

*Ex Veteri.*

**E**t edificavit Dominus Deus costam. Gen. 2. 22. Bene edificasse dicitur, ubi de mu- lieris creatione loquitur: sicut enim vir publicis officiis; ita mulier domesticis ministeriis habilior æstimatur. S. Ambr. l. de parad. c. 2. Mulier debet de domo sua esse immobilis, sicut ædificium. Materia item mulieris non ex cute, vel aliâ paren- te corporis parte; sed è costa latente: ut ex hac iterum mulieribus latendi daretur exemplum. Jonghen in Sac. Profess. Exh. 29.

*Hoc nunc os ex ossibus meis.* Gen. 2. 23. Cur Deus felici matrimonio locandam ex abditissi- ma corporis parte eduxit? & cur Adam prius os- sis proprietatem, quam formam laudavit? hoc nunc os &c. q. d. jucundè amplector sponfam, quam ossis instar agnosco vel luci celatam. Os intimè later, oculis non patet; carne, & cute tegitur; aut, si patet, corpori periculum immi- net. Mulier, dum ossis imitatur ingenium, fe- licitatis est fulcrum. Verum, si in publicum pro- deat, si secretum averfetur; corporis structuram labefactat, & ossis firmitatem perdit. Naxera in Jos. §. 11.

*Ubi est Sara uxor tua?* Gen. 18. 9. Erat Sara recessus amans; ut quæ totos in tabernaculo dies intus exigebat. Utigitur probarent, se non qualescunque, sed à Deo venire; nomen Saræ pronuntiârunt: quia mulieris sanctæ, & solitaria nomen solus Deus, aut cui is revelavit, scire de- bet. Didacus Niss. f. 6. Dom. 4. Quadrag. §. 5.

*Noli respicere post tergum.* Gen. 19. 17. Quid mali in respiciendo esse potuit? nonne juva- ret, ultrices flammæ intueri ad noscendam justi- tiam Dei? nihilominus respectus prohibetur. Ut mulieres, ait Cajetanus, non tardent in itinere, sed accelerent.

*Debora judicabat populum in ill. tempo- re; & sedebat sub palma. - ascendebantq; ad eam filij Israel in omne judicium.* Judic. 4. 4. *Sedebat*, id est, habitabat, ut interpreta- tur Abulenſis, Cajer. Lyran. Cur, cum judex sit, domò non exit! cum videatur id postulare munus judicis. De Samuele judicante Israel di- citur 1. Reg. 7. 16. *ibat per singulos annos, circumiens Bethel.* cur non idem fecit Debora? quia sexum agnovit, & mulierum obligatio- nem domi manendi. Sylveira in Matth. 13. cap. 28.

Notissimi erant Jephthæ, filia gressus, quam rara extra domum: unde vorum vovens non ve- ritus est filia occursum. Judic. 11. 30.

*Ingrederere, & claude ostium tuum &c.* 4. Reg. 4. 4. Extra domum inops, premitur debitis; domi clausa adeò abundat, ut fœnora po- tuerit solvere, & de reliquo commodè vivere. Vagam nequissimus fœnerator depauperat; domi reclusam Dominus divitijs implet. Naxera in Jos. 7. §. 11.

Vallhi ab Assvero vocata, ut ostenderet cun- ctis populis, & principibus, pulchritudinem illius, regina virtutis amans, ad regis imperi- um venire contempsit, vanum Assveri studium abnuens. Eft. 1. 11. Tantò laudabilior, in- quit Sulpitius l. 2. Sacre historiæ, quantò perse- verantior in legum, ac pudoris, custodia. Veloso in Judich ad Lectorem.

*Uxor tua sicut vitis abundans in lateri- bus domus tue.* Psalm. 127. 3. Scilicet nata mulier est, ut domi habitet, domum regat, domes- tica obeat munia intrâ domi parietes, (id signifi- cat, in lateribus) concurret illa. Noverit, quidquid intrâ domesticos recessus continetur; at foras efferre pedem nesciat. Adverte hic compa- rari mulierem viti: formosius, & abundantius nihil vite; sed facile deperditur vitis gra- tia, si vallò munita non sit; avibus, feris, latronibus, diri- pienda exponitur; si in aperto est. Comicus Alexis: non est arx, neque possessio difficilis ulla, quæ tam difficulter asservetur, quam fœmina. Fernandus in Gen. 2. Sect. 13.

*Hortus conclusus, - fons signatus, spon- sa.* Cant. 4. 12. Sponsus flos Campi. Cant. 2. 1. Sponsus transiens colles. Cant. 2. 8. Spon- sa dicitur Cant. 5. 2. *aperi mihi.* Erat enim clausa, & oblerata. Sylveira in Matth. 25.



## Ex Novo.

*Simile est regnum cælorum fermento.* Matth. 13. 33. Res de usu geritur: vir in agro sinapis arborem ferit; domi mulier fermentum procurat, & panes præparat alimonæ: quia virum foris expectat labor; intus mulierem domesticæ cura constringit. S. Chrysol. f. 99.

*Cur virgines ponuntur cum lampadibus.* Matth. 25. viri cum lucernis. Luc. 12. 35. Virgines sint in domo, ut lampas in templo. Viri in publicum prodeant. Sylv. hic q. 5.

*Turbata est in sermone ejus.* Luc. 1. 29. Quid fecit angelus, ut omnem Virgini trepidationem adimeret: Ex nomine illam vocavit: *et timeas MARIA.* Vix illa nomen suum audierat, conquievit. Nam cogitavit apud se: ego domo nunquam prodeo; nomen meum omnibus incognitum est: ergo Propheta Dei est juvenis; Deus hæc illi indicavit; ergo à nuntio Dei nihil timendum. Didacus Niss. f. 6. D. 4. Quadr. §. 5. Adeo mulieres ament latebras, ut divina re necesse sit ei, qui nomina earum scire velit. Id. ib.

*Accendit lucernam, & everrit domum.* Luc. 15. 8. Unam è decem drachmis mulier quædam perdiderat: quam ut reperiret, *everrit;* seu, ut alij legunt, *everit totam domum.* Non dicit Christus eam exisse, & in compitis, aut foro, illam indagasse; sed in domo solum quaesivit. Cur non etiam in publico? sicut pastor ovem? Docet Christus, mulierem in plateis, aut publico, nihil perdere; imò nec videri quidem, debere. Id. ib. Non alibi, quam domi suæ quærebat: quæ alibi se non fuisse sciebat.

*Miserunt ergo sorores ejus ad eum.* Jo. 11. 3. *Accessit ad eum Centurio.* Matth. 8. 5. Hugo Card. cur non ipsæ venerunt, sicut Centurio? ratio est: quia non debent mulieres discurre, neque vagari. Utrique tamen compotes voti facti: & Centurionis puerum sanitati restituit; & Lazarum vitæ: quia utrique ad voluntatem Domini se gesserunt. Quare mittentes accesserunt Jesum, & non ipsæ veniunt, sicut Centurio? Quia plurimum fidebant Christo: & quia mulieres erant, non oportebat eas adeo facile è domo egredi. Theophylactus in Jo.

*Ecce mittam eam in lectum.* Apoc. 2. 22. Ut scilicet ægra fiat. Cur ob tot scelera non ei rigidior poena infligitur? nullum durius mulieri supplicium, quam ut domi detineatur, & extra vagari non possit. Sylveira hic.

## Ex variis Authoribus.

Cælius Rhodiginus l. 10. lect. antiq. c. 3. Ægyptiis mulieribus inde uti calceis patrij non fuit moris; ut ita se domi continere quodammodo cogerentur.

Jucundus Concionator proponebat quaestionem: cur natura viris de barba providerit, non mulieribus? Respondit? viris dedit illud munimentum contra injurias aeris, quia ipsis ob nego-

tia saepe exeundum: Mulierum autem officium est domi latere; vel, dum eis exeundum, ita se velò contingere, ut genæ, & mentum, injurijs aeris non pareant? adeoque barbæ non egent. Jongh in Sacr. profess. Exh. 29.

Virgines libenter audiant Domicellæ (sunt enim semper) quod vocabulum eas monet solitudinis. Domi cella; domi, & in cella, esse manendum. Conjugatæ vocantur Sponsæ. Sicut Virgines non decet esse filias platearum. Idem profess. 2. pro Magistratibus.

Quidam sapiens dicebat: non nisi ter filiam egredi debere. Primo ut baptizetur; deinde ut nubat; postremo ut sepiatur. Bessieu D. 23. Pent.

In Bæotia sponsæ in domum sponsi plaustrò ducebantur: unde illa phrasîs orta, uxorem ducendi. Iis verò in domum sponsi ingressis statim plaustrum præ foribus sponsi cremabatur: ut omnis spes novis nuptis eriperetur amplius ex illa domo exeundi. Plutarchus in problem. Roman. probl. 28.

Num. II.

*Silentium. Sint breviloque maxime cum viris.*

*Cucurrit itaq. puella, & nuntiavit ei.* Gen. 24. 28. Protulit virinaures aureas; audi illa sermonem blandum: *cujus es filia?* v. 23. Sed matrem citò adit, & nuntiavit. quid? fortasse quæ acceperat? non; sed quæ audierat. Sermonem cum viro abruptis virgo cauta, & matrem contulit; timens, ne qua sub voce leni petis esset; sub melle venenum, sub esca hamus, hæreret. Virginum enim est, omnes viri affectus vereri, ait S. Ambr. l. 2. ad Luc. 1. Velloso in Judith. Disq. 6. Paren. 1.

*Postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua, vasa argentea, & aurea.* Ex. 11. 2. Vir virum convenire poterat, ubicunque esset; mulieri vicina præscribitur. Adhuc res magis exprimitur Ex. 3. 22. *postulabit mulier ab hospita sua.* Mendoza in 1. Reg. 1.

*Beata, quæ credidisti.* Luc. 1. 45. Cur tam breviter loquitur Elisabeth? Zacharias, ad natalem filij sui celebrandum, egregium componit canticum magnis carminibus plenum. S. Ambrosius l. 2. in Luc. adverte, quàm pacis Elisabeth, quàm multis Zacharias propheta? sed disciplina servatur; ut mulier discere magis, quæ divina sunt, studeat, quàm docere. Sylveira hic q. 27.

*Ecce duo viri astiterunt.* Act. 1. 10. Cur angeli in ascensione apparentes dicuntur viri, cum in resurrectione exprimentur Angeli? Matth. 28. 5. In ascensione loquebantur viris; *vir Galilæi;* in resurrectione cum mulieribus. Dicit mulier pia sic vitare consortium, & colloquium, virorum: ut videatur sermonem habere non cum homine de hoc sæculo, sed cum angelo Dei de cælo veniente. Veniunt ad Abraham tres viri Gen. 18. 2. qui erant sancti angeli; sicut & ille vir, qui luctabatur cum Jacob Gen. 32. 24. Angelus



Angelus quoque erat; & vir dicitur. At Agar, ancillâ Abraham, ejectâ, in aquâ penuria vocat eam Angelus de cœlo. Gen. 21. 17. Matri Samsonis apparet Angelus Judic. 13. 3. Vir cum viris loquatur; at mulier tantum cum angelo de cœlo loquatur; aut cum viris brevissimè, sicut sponsa Cant. 3. 3. *num quem diligis anima mea, vidistis?* Cur non diutius loquitur? plura quærit, cum ita cuperet dilectum? Sed mox pertransit, nec responsum expectat. Sciebat, periculosum virginibus colloqui cum viris. Et cum pertransisset, invenit Dilectum. Sylveira hic q. 20.

Silentium est virtus mulierum. Clemens Alex. pædag. l. 2. c. 7.

S. Paula vidua post viri mortem, usque ad diem dormitionis suæ, nunquam cum ullo viro comedit; quamvis eam sanctum, & in Pontificali sciret culmine constitutum. Bolland. 26. Jan.

In Guinea fœminæ, nē loquaces sint, summo manē aquam hautam ore, etiam dum domestica obeunt officia, ad prandij usque, vel jentaculi, tempus, tenent: quam nē expuant, aut deglutiant; nec loquuntur, nec comedunt. P. Petrus Janicus S. J. Thes. rer. Judic. tomo 3. c. 44.

Num. III.


*Fœminæ caveant videre, & videri.*

*Noli respicere post tergum.* Gen. 19. 17. Quid mali in respiciendo esse potuit? nonne juvaret, ultrices flammæ intueri ad nocendam justitiam Dei? nihilominus respectus prohibetur. Ut mulieres, ait Cajetanus, non tardent in itinere. Rectè Abimelech rex Geraræ recedentibus à se Abraham, & Saræ, multa munera distribuit: viro quidem oves, & boves, & servos, & ancillas; uxori verò unum *velamen oculorum*. Gen. 20. 16. Ex Hebr. virgo interpretatur *alsondaia*, Mendoza in 1. Reg. 1.

Thamar, honestam alioquin fœminam, cum Judas ejus focer videret *secentem in brivio itineris*, Gen. 38. 14. hoc est, in loco publico, *suspiciatus est esse meretricem*.

Cum Rebecca domui Isaac propinquaret, illūque in agro deambulantem videret, *solvens citò pallium operuit se*. Gen. 24. 65. Cur venusta faciem abscondit matrimonio locanda? novit illa, probis maritis placere modestiam; & præ decore arridere pudicitiam. Naxera in Jos. 17. §. 11.

*Erat cooperta*. Dan. 13. 32. Quantus in Susanna pudor est, nē videat, nē videatur. Noverat mulier castissima, agrè sibi fuisse ex hominum oculis. Rapta ad iudices faciem velò tegit. Quia *Susanna* erat, Hebr. *lilium castitatis*, faciem tegit. S. Ambr. 1. Offic. c. 8. est enim in oculis verecundia; ut nec videre viros fœmina, nec videri velit. Velloso in Judith ad Lector.



§. VI.

*Fœminarum vituperia, & vitia, in genere.*

*Ex Veteri.*

*Sed & serpens erat callidior cunctis animalibus - dixit ad mulierem.* Gen. 3. 1. 2. Tangit serpens astutum processum in tentando, quia primò venit ad mulierem, sicut ad partem humani generis infirmiore. Non enim venit ad virum: quia vir in assumpta natura facile posset ipsum, & fraudem suam, dignoscere; sed solum ad mulierem, quæ non fuit tantæ prudentiæ, quod ipsum dignosceret; nec tantæ constantiæ, quod sibi resisteret. Sanct. Thomas in Gen. hic. Diabolus, quod per se non potuit per uxorem Adam protoplastum circumvenit; Adam verò per uxorem invenit interitum, quam à Deo acceperat in auxilium. Proh dolor! prospera in contraria cedunt, utilia perniciem operantur. Denique plus Adam domesticis, quam inimici, jaculis læditur; plus proprio, quam hostili, ense perimitur; plus mulieris, quam externò gladiò, vulneratur. S. Chrysost. de lapsu primi hom.

In generatione bonorum. Gen. 5. nulla fœmina numeratur; quia nihil in bonis fœmineum invenitur: generatio verò malorum in fœmina terminatur; quia, quod in eis est, molle, & fœmineum est. Hugo Cardin. hic.

*Itaq; Abraham de nocte consurgens &c.* Gen. 22. 3. Totum se Deo permisit; & id, quod jubebatur, exequi parabat; ac nē cum uxore quidem hac de re communicavit: rectè sanè, sibi que utiliter faciens, qui fœminam non idoneam judicaret, quam in consilium adhiberet. Sanctus Gregorius Nyss. de Obed. Abrah.

*Quarite mihi mulierem.* 1. Reg. 28. 7. ita Saul suos allocutus, cum certò scire vellet, quanam esset alea belli futura? Non quærit virum artis iniquæ Magistrum: meminit enim quod v. g. *magos, & artolos, de terra eraserat*. Credebat tamen superesse adhuc posse matrem hujusce monstri, mulierem. Abul. hic q. 21. dixit de fœmina: quia fœminæ magis vacant istis superstitionibus, quam viri. Velloso in Judith ad Lector.

*Misq; Fezabel nuntium ad Eliam dicens: hac mihi faciant dii, &c. misit ergo Elias, & surgens abiit, &c.* 3. Reg. 19. 2. Proh facinus! quanta, fuit hæc timiditas! mulieris unius audit verbum, & aufugit quadraginta dierum itinere: idque fecit non post unum, aut alterum, aut tertium, diem; sed cum primùm mulieris sermo ad ipsum perlatus est. Quid hoc est Elia? tune ille es, qui cœlum clausisti, pluviam refrænasti, ignem ex alto evocasti, Sacerdotes interfecisti, & regi Achab dixisti: tu es qui pervertis Israel. Sanct. Chrysostomus tom.